



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 23. Ruardus Tapperus fati functus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. Alium in sexaginta novem primos Pſal-
A.C. 1559. mos, V. quemdam tractatum in Evan-
 gelium S. Matthæi. Utebatur hic Scri-
 ptor stylo eleganti, atque ad ciendos
 pietatis affectus, & ad lectorum erudi-
 tionem aptissimo, obiitque Emericæ hoc
 anno mense Junio annos natus septua-
 ginta, ac duos reliquit filios Theodori-
 cum, & Tilmanum, ambos scientiarum
 laude claros.

§. XXIII.

Ruardus Tapperus fatiſ fundus.

Valer. l. c.
Dupin. p. 27.
Spond. hoc
ann. n. 35.
Joan. Cap-
pen. de geſtis
Pontif.
Leod. in Ro-
berto a Berg.
c. 3.

Tertius erat Ruardus Tapperus cele-
 berrimus sæculi decimi sexti Scri-
 ptor ac merito appellandus ornamentum
 Lovaniensis Universitatis, in qua Do-
 ctoratus laurea insignis per triginta no-
 vem annos Theologiam tradidit, ac de-
 mum illius Academix Cancellarius,
 necnon Ecclesix ad D. Petrum Canoni-
 cus creatus est. Hic Enchusæ in Hol-
 landia natus per totum vitæ suæ curri-
 culum præclara eruditionis, ac Zoeli sui
 specimina edebat, atque hæreticos tam
 scriptis, quam colloquiis strenue oppug-
 nabat: unde Carolus V. Cæsar, ejus-
 que Filius Philippus illum summo in ho-
 nore habebant, atque ejusdem consilii,
 illiusque opera in cunctis Religionis ne-
 gotiis utebantur: præcipue vero illum
 ad Tridentinam Synodum unacum Jo-
 doco

doco Ravesteinio, & Joanne Leonardo Hassellio ablegabant: inde cum Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo reverteretur, Bruxellis die secunda Martii Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, ætatis suæ septuagesimo primo obiit, corpusque ejus Lovanium delatum, conditumque fuit in Universitatis Ecclesia. Legabat is suam Bibliothecam Lovanienti Collegio, cui præerat, sua vero bona pauperibus. Præterea ad Caroli V. preces ejusdem Universitatis articulos contra Lutherum cum ingenti eruditione explicabat, vulgabatque tractatum de providentia Dei præter alium de prædestinatione unacum decem orationibus Theologicis, quæ tamen nullatenus elimatæ panegyres, sed potius solidæ, ac optime elaboratæ prælectiones Theologicæ appellari merentur. Exstant omnia ejus opera Antwerpiensibus literis Anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo secundo excusa.

§. XXIV.

Taciti Nicolai Zegeri mors.

Quartus erat Tacitus Nicolaus Zege-
 rus Ordinis Fratrum Minorum Bru-
 xellis in Brabantia natus, qui sacris li-
 teris

Sæcul. XVI.
 A.C. 1559.